ibi non potuit ille sensus
occurrere qui fit cum littere
que sunt in eorum capitibus
conectuntur ubi y littera
in greco posita est quia non
potuerunt latina verba in
veniri que ab eadem litte
ra et sententie convenirent.
Hii autem sunt versus tres
quintus et octavus decimus
et xx°. Denique si litteras
que sunt in capitibus omnium
versuum connectentes horum
tamen que sunt non legamus
sed pro eis y litteram tamquam
in eisdem locis ipsa sit posi
ta recordemur exprimitur
in quinque verbis ihesus cristus
dei filius salvator. Sed cum
grece hoc dicitur non lati
ne. Et sunt versus xx et
vii qui numerus quadratum ter
narium solidum reddit. Tria
enim ter ducta fiunt ix. et ipsa
ix si ter ducantur ut ex
lato in altum figuram con
surgat ad xx et vii. perveni
unt. Horum autem grecorum
v. verborum que sunt. Je
sus creystos theu yos so
ter quod est latine ihesus cristus
dei filius salvator. Si pri
mas litteras iungas erit
ichtis id est piscis in quo nomine
mistice intelligitur cristus
eo quod in huius mortalitatis
abisso velut in aquarum
profunditate vivus hoc est
sine peccato esse potuerit. Hec
autem sibilla sive erithea

sive ut quidam magis
cumea. ita nichil habet
in toto carmine suo cuius
exigua est ista particula
quod ad deorum falsorum sive
factorum cultum pertineat quin
ymmo ita etiam contra eos
loquitur et contra cultores
eorum. ut in eorum numero de
putanda videatur qui per
tinent ad civitatem dei. xv

Inserit etiam lactan
cius operi suo de que
dam de christo vaticinia si
bille quamvis non expri
mat cuius. Sed que sigilla
tim in se posuit. Ergo in bi
breviatus sum coniuncta esse ponen
da tamquam unum sit prolixum
que ille plura commemora
vit et brevia. In manus in
quit infidelium postea veni
et. Dabunt autem deo alapas
manibus incestis et impurita
to ore expuent venenatos
sputos. Dabit vero ad ver
bera simpliciter sanctum dorsum
et colaphos accipiens tace
bit ne quis agnoscat quod ver
bum vel unde venit ut inferis
loquatur et corona spinea
coronetur. Ad cibum autem
fel et ad sitim acetum dede
runt. Inhospitalitatis hanc
monstrabunt mensam. Ipsa enim
insipiens gens tuum deum non
intellexisti ludentem morta
lium mentibus. Sed spinis coro
nasti et horridum fel miscui
sti. Templi vero velum scindetur.

License: cc-by-nc – Bern, Burgerbibliothek, Cod. AA 90.24, 5v – Augustinus, De civitate Dei
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-xfjo/5308/50439)